



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Felicis Potestatis Panormitani Ordinis Minorum S.
Francisci de Observantia ... Examen Ecclesiasticum**

Potesta, Felice

Coloniæ, 1712

Cap. VI. De Dispensationibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40060

DUO TESTES

Debent esse presentes, ut in 4159. & 4160. & unum intervenire oportet, dum actu consensus praestatur, ita ut sufficiat, si unus audiat consensum viri alter mulieris.

4175 Una sola qualitas est necessaria in testibus, nempe usus rationis, unde qualibet persona cujuslibet conditionis, aut status, vir, mulier, cognata, infamis excommunicata, infidelis, &c. & cujuslibet aetatis, dummodo usus rationis habeat, est testis habilis quoad matrimonium contrahendum; quia Trid. cir. 1. excipit pro teste.

4176 Testificandum autem super nullitate matrimonii non sufficiunt, sed requiruntur tres summi exceptione majores, c. 1. de Con. 1. 1.

14. RAPUS MULIERIS

4177 Distinguitur Matrimonium, ita ut Rapus non possit raptam ducere, quam non tenet in potestate raptoris; bene vero, quando fuerit à raptore separata, & polita in futuro, si tunc illa libere consentiat: sed non tunc raptor, & omnes illi, qui consensu, auxilium, & favorem praebuerunt, sunt raptae excommunicati, ex Trid. sess. 24. de Mat. c. 6. Ad raptam autem requiruntur tria.

4177 Sufficit, 1. Si violentia inferatur ipsi raptae in principio, licet postea copula an. Non sufficit autem, si in principio raptus non fuerit. 2. Sufficit, quod sit raptus femina, quae nunc est attendendum, quo violentia inferatur, 2. Sufficit, quod sit raptus femina, quae nunc est attendendum, quo violentia inferatur, sive viri, raptus primi, quia Trid. c. 1. de Mat. c. 6. & impedimentum libera.

sis matrimonii, quod habetur, etiam si mulier inhoneste rapiatur. Ratio secunda, quia lex est poenalis, adeoque loquatur de viro raptore, non debet extendi ad mulierem rapticem, ita Fenechi.

CAPUT VI.

De dispensationibus.

4178 Dispensatio est juris alicujus relaxationis. Unde non potest fieri sine rationabili causa.

4179 Dispensatio data sine causa à superiore, est valida, sed illicita; data vero ab inferiori in lege superioris, est etiam invalida; ut pariter dictum est de voto. In utroque casu dispensantes peccare mortaliter, docent antiqui, venialiter moderni apud Dianam part. 3. r. 3. ref. 6. Clericatus c. 136. n. 1.

4180 Causae, ob quas solet Pontifex in impedimentis matrimonii dispensare, sunt praecipue septem.

Primo, angustia loci, ob quam non inveniat sibi parem, quam sint ibi pares.

4181 Secundo, paupertas seu incompetens dotis, ob quam non possit extra cognatos inveniri conjugium.

Non obstante spe futurae successione ab intestato, aut legati, si non habeat mulier parentes divites, qui teneantur, & cogi possunt ad eam dotandam. Si mulier sit deformis, & hac de causa cum ea dote non possit nubere extra cognatos, censetur pauper; sed id debet exprimi.

4182 Tertio, grave periculum litis, aut inimicitiae.

4184 Quarto, etas feminae excedens: puta si annum 24. excedat, ne inauspata remaneat.

4183 Quinto, conservatio familiae illustri. Et in Ecclesia benemerata. Nobilitas est defluenda à patre, non tantum à matre.

4185 Sexto, *simor scandali, aut periculum infamie.*

4186 Septimo, *layca elemosyna.*

4187 Dispensatio, si in ea taceatur verum, aut exponatur falsum, dicitur subreptitia, seu obreptitia. Et est nulla, si taceatur verum, aut exponatur falsum circa causam finalem: non est nulla, si circa causam impulsivam. Causa finalis est illa, siue qua dispensatio non concederetur. Causa impulsiva est illa, siue qua concederetur dispensatio, sed non tam faciliter, aut prompte. Clericatus c. 137. n. 1. cum Tamb.

4188 Subreptitia est dispensatio, & inde nulla: Primum, si fuit expostum unum impedimentum pro alio, v. gr. gradus consanguinitatis pro gradu affinitatis, aut si sub dubio impedimentum certum.

4189 Secundo, si factus sit error in expressione Diacelsis. Clericatus *cit. num.* 21. cum Tamb. contra Dianam p. 8. tr. 3. ref. 64. & Mendo in *Epit. cit. n.* 13. qui opinionem affirmativam vocat certo probabilem.

4190 Valida tamen est, & potest ab Ordinario executioni mandari, 1. Si error fuit in nomine, aut cognomine; constat tamen de veritate corporum, seu personarum, 2. Si fuit in exponendo gradu proximior pro remotiori; secus, è contra: praxis tamen est in hoc secundo casu, ut litteræ remittantur Romam pro correctione. Clericatus, Tam. & Mendo *cit.*

4191 Si orator taceat repulsam antea super eadem supplicatione sibi datam, valet dispensatio. Clericatus c. 137. n. 2. cum Dianam p. 8. tr. 3. ref. 54. Tamb. *cit.* & Sanchez.

4192 Et quamvis Tamb. *cit.* idem doceat, si data repulsâ à Superiore, fiat recursus ad inferiorem habentem facultatem dispensandi, absque eo quòd & repulsâ notificetur:

Id dico verum in casibus, in quibus infe-

rior habet à superiore concessam facultatem Ordinariam, seu delegatam dispensandi, ut est in votis, ex n. 1723. & 1962. in quibus casibus, in quibus inferior solum eam habet ex Episcopata, ni mirum ex rationabiliter sumpta voluntate superioris, hanc auctoritate Episcopus in impedimentis dispensandi non primam, juxta dicta n. 4230. & 4231.

4193 Qui post obtentam dispensationem ducendi Rosam consanguineam, petentem dispensationem pro ducenda alia consanguinea tenetur exponere primam dispensationem, hæc fiat inutilis ex sola mutatione uxoris, si petentis non tenetur, sed per quoddam non tenetur, sed prima dispensatio licet facta inutilis, in quantum Rosa sit mortua, facta Religiosa, aut nolit. Clericatus c. 137. cum Diana p. 8. tr. 3. ref. 55.

4194 Qui dispensationem obtinuit in impedimento criminis ob uxorem, quæ occidat secundam uxorem, ut dicitur in Clericatus *cit. n.* 4. cum Tamb. contra Dianam quia difficilius conceditur gratia pro delicto, quam unico; bis, quam semel.

4195 Qui obtinuit dispensationem in voto simplici castitatis ad contrahendum mortuâ uxore petat dispensationem non tenetur primam dispensationem committere; quia in hoc non adest delictum, quia dispensatio est expleta. Clericatus cum Tamb. v. n.

4196 Qui simul plura impedimenta contraxerit, ut illa simul exponat, & petat dispensationem, & non seorsim dispensationem petat, ob rationem de n. 4194.

Quòd si unum sit occultum, alterum publicum, tunc potest, & debet ad Dicitur currere pro publico, redicito occulto ad occulto ad S. Pœnitentiariam, cui tunc significare debet impedimentum publicum.

PRO FORO INTERNO

4200 **P**rima Clausula, quod executor ab ipso impetrante eligendus si *Confessarius Magister in Theologia, vel Doctor decretorum, ex approbato ab ordinario*, Non sufficit, si sit pure licentiatus: v. n. 261.

4201 Secunda, *Discretionarie committimus, quatenus si est ita*. Unde debet confessarius se informare de veritate causae expositae à solo penitente, cui est credendum, Quod si Confessarius aliunde sciat expositum esse falsum, non potest litteras exequi; quia secundum propriam scientiam debet exequi. Semper Sigillum Confessionis Custodiat.

4202 Tertia, *Injuncta ei gravi poenitentia salutari*. Poenitentia injungenda remittitur arbitrio, & prudentiae Confessarii, attentâ gravitate delicti, seu causae, & circumstantiis consideratis.

Si peccatum fuit in priori Confessione absolutum, & debita poenitentia satisfacta, quamvis non sit necessaria nova absolutio, & poenitentia congrui tamen, stante nova accusatione Sacramentali in litteris requisita, quod detur nova absolutio, & poenitentia; mittor tamen, attentâ priori, & ita est in praxi servandum. Clericatus c. 139. n. 10.

Si Poenitentia sit litteris praescripta, est ad litteram servanda.

4203 Quarta, *Dummodo impedimentum sit occultum* Quid sit occultum, fuscè habes à num. 3317. ad 3320. Et in tom. 2. n. 72.

4204 Boleum lib. 1. ar. 2. cap. 4. in appendice dispens. S. Poenit. habet; Et si aliquam impedimenta, v. gr. cognationis spiritualis, naturâ suâ sint publica, contrahantur in facie Ecclesiae; fieri tamen potest per accidens, ut sint occulta, v. gr. 1. Ob diuturnitatem temporis, ex quo sunt contracta, 2. Ob di-

stan-

per quo Dataria dispensavit, aut est dispensatio Clericatus c. n. 7.

4197 Si duo sint expositae causae, vera una, una talis, quarum tamen quaelibet est sufficiens ad dispensationem, validam, esse dispensationem, tenet Mendo in Epit. ver. dispensatio n. 16. quamvis facilius ob causam ab eodem Papa dispensasset, quia *utile per mutuum sociatur*. Idem docet Clericatus c. n. 7.

4198 Si causa talis potius reputetur impulsiva, quam fortuitiva, Tutius tamen ait, demum ad Partem accedere, & certum reddere de causa, quod periculum nullitatis; & ita est practicum, si periculum non sit.

4199 Si post dispensationem super affinitate sit copula illicita cum consanguinea, licet necum quis habeat eam cum eadem consanguinea sponsae, non requiritur nova absolutio, si copula contingat ante executionem dispensationis, à delegato factam; requiritur vero, si contingat post executionem dispensationis, sed ante contractionem Matrimonii. Clericatus c. & Diana p. 8. tr. 3. ref. 65.

4200 dispensatio data non tollit affinitatem inter nova copula supervenientem.

DE CLAUSULIS DISPENSATIONIS.

Tertia in hac re à Doctoribus considerantur, 1. *Materia*, & *Causa* dispensationis; de materia, super qua potest peti dispensatio, puta voto, irregularitate Matrimonio, &c. fuscè insinuatam est in dispensatione S. Poenitentiarum, à nu. 157. De materia adum est à nu. 4180. & in propriis locis tractatur, 2. *Forma litterarum dispensationis*, à nu. 260. 3. *Observanda in executione dispensationis*.

4201 dispensatio data non tollit affinitatem inter nova copula supervenientem.

stantiam loci à loco contractæ cognationis,
3. Per mortem eorum, qui fuerunt confetti,
4. Per ignorantiam hujus contractionis. J
Omninò tamen servandum est dictum in

n. 3419.

4205 Verricelli *er.* 3. qu. 51. nu. 8. excipit
causam, quo in litteris dicatur: *Dummodo im-*
pedimentum, seu delictum sit omninò occult-
um. Et tunc vult, occultum dici, quòd pro-
bari non potest; adeò; si probari potest, non
possit dispensatio executioni mandari.

4206 Quinta: *Ut conjux ignara impedi-*
menti certioretur de nullitate prioris conse-
nsus, sed ita cautè, ut laboris delictum nus-
quam delegatur. Vide n. 4244. & n. 4247.
Aliàs clausulas vide in n. 263.

PRO FORO EXTERNO

4207 **E**X Clericato c. 138. & Tambur.
cit c. 12. Dispensatio matrimo-
nii est executioni danda ab eo, cui est à Papa
dedita: Non potest ab Episcopo, si est dice-
cta Vicario, & e converso.

4208 Vicarius, cessante officio, non po-
test dispensationem ab ipso inceptam expe-
dire, si commissio sit realis facta, nempe Vi-
cario, ut Vicario, sed tunc executio spectat
ad successorem: Potest tamen eam expedire,
si sit personalis, facta scilicet per nominatio-
nem personæ. Clericatus *cap.* 38. nu. 2. cum
Tamb. qui ait, personalem censeri, si dicatur:
Tibi Joanni Vicario: *v. n.* 4226.

4209 Vicarius Capituli sede vacante non
potest expedire dispensationes matrimonia-
les inexpeditas à Vicario Episcopali relictas.
Clericatus *cit.* cum Tamb. ex Canonistis; quia
Papa parùm illi fidit; inde solet pro dicec-
sanis Sedis Vacantis Episcopo viciniori com-
mittere.

4210 Tunc Episcopus vicinior, si ante ex-
peditionem Sedes fiat plena per adventum

novi Episcopi, potest litteras dispensationis
expedire, si executio sit incepta: Si tamen
sit integra, hoc est, si litteræ non sint præ-
sentate, non potest eas expedire, præterquam
Diocesanus debet novam committere
petere.

4211 Executor delegatus potest
committere examen testium, vel interro-
gationem, minimè ipsam actualem interro-
gationem; quia quoad hanc Papa expressè
dictum ipsius delegati.

4212 Informationes sumere potest
officialiter, aut extrajudicialiter, ad sui libitum
prudentiam.

4213 Valet dispensatio, si causa sit
licet probata per falsos testes: Non valet
in foro conscientie, si sit facta, sed apparet
vera per falsos testes.

4214 Quamvis in litteris apponatur
hæc verba: *Propter has similes circum-*
stantias rationabiliter animum nostrum movens
executor non tenetur, præter causas
falsas, de aliis generalibus se informare,
tamquam conditio apponitur.

4215 Executor non potest aliquod
onus, aut præmium pro labore dispensationis
recipere ob clausulam, quæ in litteris
apponi: *Quod si presertim hæc nominatio, vel*
muneris aut præmii, recipi et, executionem
tionem latam incurras. Et quæ in litteris
alii apud Tambur. & Diana p. 8. m. 1.
dicant per dictam clausulam non
escaulenta, & poculenta non magis
eum hæc dentur non ad corruptionem
dicem, sed ad celeritatem expeditionis
prohiberi officiali aliquid accipere
re in expeditione, pro accessu ad
dos testes nolentes venire, pro copia
fuis post expeditionem. Clericatus
ab omni acceptione abstinendum.

4216 In dispensatione, quæ con-

intra pauperum, in qua scilicet non imponitur multa pecuniaria, sed poenitentia per opera prescripta; non potest executor poenitentiam, seu opera prescripta mutare, minuire, aut differre. Tamb. *cit. c. 13. §. 3.*

Et quamvis Clericatus *cap. 138. un. 11.* putatur, quod possit mutare ex gravissima necessitate causa; tutius tamen ait esse, tunc ad poenitentiam recurrere pro facultate minuendi, si fieri potest. &c.

QUÆRES

4217 *Quid agere debeat executor, si non expeditam dispensationem comperiat se non habere?*

4218 *Quid executor tanquam delegatus non potest sanare errorem; Tam. *cit. §. 1. n. 10.* quia Delegatus postquam functus officio suo nihil potest.*

4219 *Quia tamen talis executor pro foro externo debet esse Ordinarius, cui incumbit providere in quantum potest, ne delicta patrentur; si errat in exequendo, debet matrimonium prohibere; & si reperiatur contractum, necesse est conjuges separare, donec iterum à Pontifice dispensatio concedatur.*

4220 *Si erravit denegando dispensationem, pronuntiando eam invalidam, tunc nihil potest, sed tunc debent Oratores iterum recurrere ad Papam, seu Datariam, exposito errore; non enim potest ut delegatus, quia ut delegatus iam functus est officio suo, pronuntiatio dispensationis invalidam: *ut in nu. 117.* nec ut Ordinarius; quia ut Ordinarius non habet auctoritatem exequendi dispensationem Pontificiam per errorem denegatam.*

4221 *Si autem est sermo de dispensatione concessa per Datariam, seu pro foro externo, qui non potest, data semel sententiâ; non admittitur retractum ad eandem causam.*

4222 *Loquendo autem de dispensatione concessa per S. Poenitentiarium pro foro interno, *Ex. Exam. Ecclesiast. Tom. 1.**

terno conscientia; potest error in denegando commissus à Confessario sanari; quia de natura fori interni conscientia est, ut Confessarius possit mutare consilium per meliorem considerationem, aut opinionem, & per rectius iudicium.

Hinc fit, ut si Confessarius legitime ab oratore electus aperiat litteras S. Poenitentiarie, & denegat dispensationem, putans, causam non verificari; postea, re maturius considerata, iudicet causam verificari, adhuc potest dispensare; quia opinio, vel error, alterius non debet obstare oratori.

Nec obstat, quod litteræ fuerint aperte, quia apertio illa fuit materialis, quæ non obstat valori; & confessario inungitur apertio formalis, videlicet eam facultate dispensandi. Ità Tamb. *cit. c. 13. §. 3.*

DE CESSATIONE DISPENSATIONIS.

4220 **D**ispensatio non cessat per cessationem causæ impulsivæ, bene verò per cessationem causæ finalis, seu principalis; causa namque principalis dispensationis verificari debet. *v. n. 4186.*

Pro cuius rei claritate, quinque sunt distinguenda tempora, 1. Quando mittitur supplicatio ad Pontificem, 2. Quando ea lecta Pontifex annuit, 3. Quando executor dispensationem concedit, 4. Quando post dispensationem concessam matrimonium contrahitur, 5. Denique quando matrimonium est iam contractum. Hæc distinctione præmissa.

Conveniunt Doctores, non esse opus, ut causa verificetur primo tempore. Tamb. *lib. 8. tit. 2. §. 2. n. 4.* Bonac. & alii apud ipsum. Quantùm ad reliqua tria tempora.

4221 **D**ico, 1. Opus esse, ut causa verificetur secundo tempore, nimiram quando Pontifex annuit. Castrop. *tom. 1. tit. 3. disp. 4. p. 15. n. 2.* contra Tambur. *cit.* quia Pontifex

N n n

fex

fex supplicationibus annuit, si exposita sint vera: Quae opinio est probabilior, simul & unior, adeoque servanda, cum agatur de valore Sacramenti: v. a. num. 75. Et a. n. 3236. l. ad 3284.

4222 Dico 2. Si causa secundo tempore, quando Pontifex annuit, erat vera, tertio vero tempore, quando executor illam concedit, cessaverit esse vera, potestas dispensandi cessat, & si concedatur, est invalida. Est communis, & sequitur à fortiori, maximè ex verbis litterarum dispensationis, si est ita.

4223 Dico 3. Si causa secundo, & tertio tempore fuit vera, quarto autem tempore, quando post dispensationem ab executeore concessam, matrimonium contrahitur, cessaverit esse vera, cessat dispensatio, & dispensati tenentur sub nullitate à matrimonio contrahendo abstinere. Sanch. lib. 8. de matr. d. 30. n. 14. contra Tamb. ch. n. 9. Ratio est; quia tunc dispensatio cessante causa non cessat, quando est redacta ad actum irrevocabilem; dispensatio autem, quàmvis supponatur ab executeore concessa, non dicitur redacta ad actum irrevocabilem, nisi quando Matrimonium est jam actu contractum, minimè antequàm contrahatur; igitur si causa, quae secundo, & tertio tempore fuit vera, cessat ante quartum tempus, antequàm scilicet matrimonium contrahatur, dispensatio cessat; quoniam non est jam redacta ad actum irrevocabilem, sed facillime revocari potest.

Hinc si causa, ob quam fuit dispensatum, fuit paupertas mulieris; si mulier sive secundo tempore, quando Pontifex annuit, sive tertio tempore, quando fuit dispensatio ab executeore concessa, sive quarto tempore post talem dispensationem concessam, antequàm tamen actu matrimonium contraheret, evaserit dives, non potest matrimonium contrahere.

Non desunt tamen Doctores, Testes Busem. lib. 1. tr. 2. c. dub. 4. Diana. & alii apud ipsum, qui tenent, quòd quando agitur de re individua, & quae habet tractum successivum, sed consummatur unico actu, & est permanens, ut est contractus matrimonii, quòd dispensatio non cessat causa cesset post dispensationem ab executeore expeditam, antequàm pertractus tractus; hac moti ratione, quia dispensatio iam fuit expedita, & cum dispensatio sit ratio juris, per dispensationem iam factam tincta obligatio legis; obligatio autem semel extincta, non reviviscit, & quòd delictum est, non reproduci potest, Unde concluditur, quòd dispensatio, quae post dispensationem ab executeore concessam, evasit dives, non potest matrimonium, super quo fuit dispensata contrahere. Sed hac ratio soluta non per rationem nostrae resolutionis.

4224 Dico 4. Si causa cesset, quando est Matrimonium contractum, non cessat dispensatio: est communis. Ratio est; quia Matrimonio jam contracto, dispensatio est redacta ad actum irrevocabilem, & iam autem jam redacta ad actum irrevocabilem, cessante causa non cessat; adeoque causa, matrimonio jam contracto, dispensatio non cessat. Confirmatur; quia ex parte matrimonium fuit valide contractum, causa (ut supponitur) non cessavit ante, post: Ex alia contractus matrimonium est individua, non habens tractum successivum, sed consummatur unico actu, & est permanens.

Eadem ratione, si post beneficium dispensationem obtentum cesset causa, quae fuit dispensatum, non cessat dispensatio beneficium.

& renunciatio sic acceptata à Pontifice: Clericatus est. cum Tamb.

SUMMUS PONTIFEX

4227 Dispensare potest in impedimentis jure solum Ecclesiastico dicimentibus; etiam in voto solemnii castitatis, & Religionibus, ex gravissima causa. sic Alex, III. dispensavit cum Nicolao Justiniano Monacho ad nubendum, & Caelestinus dispensavit cum Constantia moniali professà filia Rogerii Siciliae Regis, ut nuberet Henrico Sexto Regi. v. num. 4252.

EPISCOPUS

4228 Potest dispensare in impedimentis ex jure Canonico dicimentibus, quatuor conditionibus concurrentibus, videlicet (Dummodo, 1. Matrimonium sit jam bona fide contractum, 2. Matrimonium sit publicum, & impedimentum occultum; & separatio sine magno scandalo, infamà, aut damno fieri non valeat, 3. Pontifex adiri non possit, 4. Et periculum sit in mora.) Fagnanus lib. 1. cap. Nims, tit. de filiis Presbiter. Hac est communis sententia, cui adhaereo.

Ratio primæ; quia si matrimonium sit cum scientia impedimenti contractum, dispensare non potest; nam sicut Papa ex Conc. Trident. sess. 24. de refor. cap. 5. excludit à spe dispensationis ab ipso obtinenda eos qui intra gradus prohibitos præsumserit scienter contra here, & maxime si consummate ausi fuerint; sic potiore jure prohibet Episcopis tunc dispensare.

Ratio Secundæ; quia si matrimonium esset occultum, & impedimentum publicum, potius esset scandalum, si conjuges permanerent in copula fornicaria.

Ratio tertiæ, & quartæ; quia si casus pateret dilationem, & posset fieri recursus ad

Nnn 2

Er quo habes, quod quando dispensatio est de re dividua, & que habet tractum successivum. si causa cesset post actum, super eo est dispensatio, cessat dispensatio in potestatem pro reliquis actibus: Hinc qui est dispensatus ob dubiam in firmitatem ad carnes, & in firmitate, tenetur à carnibus abstinere: Et qui ob dubiam oculorum infirmitatem, aut dubium capitis dolorem dispensatus ab onere recitandi horas caute recitante, tenetur ad alias; quia agitur de re dividua, habente tractum successivum; v. num. 455.

4229 Dispensatio matrimonii, seu facultas dispensandi non cessat per mortem Pontificis, tam si res non est integra, sed incerta, ut Gratianus, cap. Relatum de Officio deleg. ubi si est integra, videlicet quatenus dispensatio non est incepta; quia dispensatio est potestatis, que non expirat morte concedentis. In quibus regulis in pure duo tantum excipiuntur, scilicet in materia beneficii, & in rebus suis, in quibus re integra moriente delegatus non potest procedere, ut sicut de Præbenda 6. & in locis cit. Clericatus, 150. n. 3.

4230 Si delegatus moriatur, antequam dispensationem expediat; si gratia erat realis, & non illa videlicet non persona, sed officio, ut Episcopo, expediri potest à successore suo, si sit personalis: sed tunc, si actus dispensationis esset completus, & si non dedisset literas testimoniales, possent Oratores in foro conscientie dispensatione frui. Clericatus est. cum Tamb. v. num. 4209.

Denique non cessat dispensatio per non actum, v. gr. octo, aut decem annorum, si orator dixisset, se nolle eam uti, nec gratiam habere, sed ut cessaret, & requireretur, ut Oratores renunciarent



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Papam, cessaret necessitas recurrendi pro dispensatione ad Episcopum.

4229 Nec paupertas sufficit ad excusandum recursum ad papam; quia pro impetratione dispensationis non est necessarius accessus personalis Romam. Imò pro impedimenti occultis facilis est recusus (maximè in nostris Regionibus Romæ propinquis) ad S. Penitentiariam per publicum tabellarium, & ab ea obtinetur dispensatio gratis, etiam pro scriptura, pro qua re aptam instructionem habes, *nhm.* 157.

Item pro impedimentis publicis fit recursum ad Datariam, quæ legitimâ urgente causâ, etiam pauperibus accedere non valentibus dispensare solet per litteras.

4230 Ratio, quâ præmissis concurrentibus conditionibus possit Episcopus dispensare fundatur primò in consuetudine, quam habent Episcopi super iis dispensandi; consuetudo enim dat jurisdictionem, *ex cap. cum contingat de foro compet. c. Romana de sent. exco. in 6. Et. N. litigantes de Officio ordinarij, Et. Dudum, s. licet de electione v. an. 32. 14. ad 3281.*

Secundò in Episcopis, quâ prudenter præsumitur de benignitate Summi Pontificis, quòd non velit dispensationem sibi reservare in casu tantæ necessitatis, & cum tanto animarum periculo.

4231 Refert Fagnanus *cir. sententiam Basilii Pontii de matr. lib. 8. c. 13. n. 6.* quam plures moderni sequuntur, quòd possit Episcopus in matrimonio etiam contrahendo dispensare in articulo mortis ad legitimandam prolem, etiam si impedimentum sit publicum.

4232 At ritè eam rejicit; quia commodum privatum proles, & mulieris, non est causa sufficiens, &urgens, ut inferior dispensare possit in impedimentis Summo Pontifici per Canones Concilii generalis reservatis, max-

imè ante matrimonium contrahendum.

4233 Si autem princeps boni sub matrimonio contraxisset in gradu prohibito, aut alio impedimento jure Canonico, & alter conjugum confectus in periculo mortis; ac insuper, nihil suscepta per subsequens matrimonium legitimeretur, infidelis, aut titulus Regno succederet; tunc (ait Fagnanus) possit Episcopus in impedimento dispensare, & matrimonium validare, ne saltem periclitaretur.

4234 Tunc igitur potest Episcopus dispensare, quoties magna urget causa, & voluntas instantia adsunt ut prudenter præsumatur, utorem Canonis de casu illo non cogitasse, si cogitasset in prohibitione competeret, noluisse; tunc enim locum habet Episcopus, quia non debet præsumi, condicere Canonis fuisse crudelium, *cap. 3. de Pœnitentijs de Regal. cap. Si quis velle, Et in cap. de Monasterium de statu Monachorum n. 1. Quid enim si tota Christianitas, vel aliqua pars ejus esset in periculo.*

4235 Quapropter Cardenas *de for. 8. ars. 13. q. 1.* subdit, hanc sententiam moraliter certam, utpotè ortam ex præmissis certis, quòd consuetudo det jurisdictionem, & quòd Episcopi confecti habeant in recensitis casibus dispensandi.

4236 Idem tamen tenent, non in impedimento occulto, sed etiam in publico, & pro foro externo, tam, post contrahendum matrimonium, quam ante, in casu urgentissima necessitatis; in periculo mortis, & periculum sit in mora; Tancher *Diana p. 11. tr. 8. ref. 3. ver. sed ob serv. de matr. dis. 24. q. 9. Tancredi to. 4. ar. pag. 202.* Casum adducunt de Titio, qui quam contraxit sponsalia cum Betta,

contrahendo
 epe boia fili
 et in gada p
 o iure Canoni
 am constituta
 nuper, nō p
 matrimoniu
 elis, aut tunc
 air Fagnan
 edimento d
 dare, ne salu
 cum illa, insuper factus est illi affinis, eo
 que habuit rem cum eius sorore; deinde con
 trahens in proximo, & vero periculo mortis
 cogitur ad matrimonium contrahendum
 cum Betra, ut si refarciatur honor puellæ, &
 prodesse forte suscepta legitimetur, vel ut sic
 peres discordiæ sedentur.
 427 Idem docent in similibus casibus,
 quibus ex mora nubendi imminet perili
 cum manifestatio delicti, & inde simul
 dare, ne salu
 est Episcopus
 Generalis d
 causa, & rati
 et præsumit
 lo non cogit
 one compre
 am habet
 condicere
 3, de P
 e, Can cap
 nathoran
 anant, v
 ericulo
 ardenas d
 anc sentent
 e ortam et
 isueto de
 opi consue
 bus dispen
 ment, non
 ed etiam in
 an, post co
 te, in casu
 ; in perico
 mora; Tamb
 sed obser
 redi 20. 4. 1
 de Ticio
 cum Betra

per diligentias vinci, posse Episcopum decla
 rare, quod non sit opus dispensatione, tenet
 Clericatus cap. 135. nu. 9. cum Tamb. &
 aliis; quia præsumptio stat pro libertate. Non
 potest autem dispensare, si dubium sit de ju
 stitia causæ dispensandi; quia tunc præsum
 ptio stat pro impedimento, quod supponitur
 certum: v. a. n. 4. 295. ad 4298.

Q U Æ R E S.

4279 Petrus est in secundo gradu consan
 guinitatis conjunctus cum Rosa, quam deslor a
 vit: Urges periculum vite utriusq; ni matri
 monio copulentur, & honor puellæ matrimonio
 recuperandus: Petrus est graviter infirmus, ut
 non possit Romam accedere: Insuper dicitis ex
 positus moti vis petita fuit per litteras dispen
 satio à Summo Pontifice, quæ eam denegavit,
 quatenus sunt persona infima conditionis, &
 periculo vite utriusq; occurri potest auctorita
 te Principis, cujus sunt Passali, qui est facti
 consensus. An his suppositis possit Episcopus dis
 pensare?

R Esp. Non posse. Non quidem ex consue
 tudine; quia hæc est solum quoad ma
 trimonium contractum, non contrahendum;
 & in impedimento occulto, non publico; nisi
 in casu publicæ, non private necessitatis, cui
 non potest aliter provideri.

Nec dicas, consuetudinem extendi ad con
 trahendum per paritatem rationis, 1. Quia
 consuetudo inducitur ex actibus frequentatis,
 & præxi, minimè ex sola paritate rationis,
 2. Quia fallum est, quod sit par ratio; nam
 licet matrimonium eum impedimento con
 tractum sit invalidum, & inde post dispen
 sationem contrahendum; urgentiores tamen
 militant causæ ad dispensandum post matri
 monium, licet invalidè contractum; quo
 niam supponitur cohabitatio conjugum, &
 dubium proli, &c. & major difficultas ad eos
 separandos.



4240 Nec ex Epikeja; quia Epikeja est fundata in præsumptione rationabili de benignitate Summi Pontificis, quæ non potest in casu præsumi, cum constat de expressa voluntate contraria, etiam circumstantiis omnibus expofitis.

Tum quia talis Epikeja in casu non habet locum; quia agitur de necessitate privata duorum plebejorum; minimè de publica: nec solum in casu de articulo mortis, de quo solum loquitur Pontius, qui affirmativam sententiam tenet.

Item; quia periculo dicto privato potest occurrere per auctoritatem Principis, qui mulierem in tuto loco conservet, & cognatos terreat, &c.

4241 Insuper Epikeja non habet locum; quia illi resistit *Tcid. sess. 24. cap. 5. de refor.* quod vult, ut [in secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam] Relistunt etiam Sacri Canones, Concilia Generalia, quæ cum sint edita quo ad bonum publicum, non est in eis dispensandum ob bonum privatum.

COMMISSARIUS BULLÆ CRUCIATÆ.

4242 **EX** facultate à Summo Pontifice ipsi concessa potest in foro conscientie admittere dispensare in impedimento affinitatis contracto ante matrimonium, dummodo sit occultum, & alter conjugum bonæ fide, & ignarus impedimenti contraxerit; & quod de nullitate prioris consensûs prius certificati, tacitèque (si videbitur ad evitanda scandala) causa nullitatis, matrimonium inter se, etiam secreta, de novo contrahere possint, prolemque susceptam, & suscipiendam exinde legitimam decernendo. Hæc Bulla.

4243 Pro qua dispensatione danda est aliqua elemosyna in subsidium Cruciatæ, juxta

qualitatem persone. *Tamb. lib. 8. de matr. 2. cap. 5. qui n. 1. 5. refert praxim D. Frac. Salerno Commissarii Sede vacante, qui dispensationem cuidam pauperi concessit, in onere dandi tarenos sex, qui sum. lib. 8. quinque, in subsidium Cruciatæ; hoc quod potuisset minus, si dispensandus prior fuisset.*

4244 Et quia dispensatio concessa in foro conscientie tantum; sequitur quod postea impedimentum publicetur, tendenda est à Pontifice dispensationi ratio, & interim pro foro externo sunt conjuges separandi; quod est servandum, si in foro conscientie dispensatum, si postea mulgetur. Eo autem tempore publicetur conjuges rem habeant, non peccant peccato fornicationis, quia sunt vere conjuges peccato scandali, si adit.

Denique potest Commissarius Cruciatæ dispensare ad petendum debitum: *cap. 4302.*

CAPUT VII.

De Matrimonio invalido revalidando.

4245 **SI** Matrimonium fuit invalidum defectu consensûs, vel rationis, si defectus fuit ex una tantum parte à insciâ, sufficit; quod illa tantum matrimonium renoveat signis externis, absque conjugum insciâ manifestetur, ad matrimonium revalidandum; quia consensûs non solum habitualiter, sed etiam virtute & virtute permanet, quoniam usus matrimonii exercet virtute illius consensûs præstiti, & non jam (ut supponitur) in statu. *Tamb. lib. 8. de matr. ar. 4. cap. 5. ex D. Thoma, & aliis quampluribus ipsam.*